Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



76

Coniugatus

Si coniugatus cogita quam honesta res sit thorus immaculatus deque optiam ut (quod fieri potest) tuum coniugium imitetur sanctissimas nupcias Christi et ecclie quarum gerit imaginem id est ut quam minimum habeat turpitudinis plurimum fecunditatis In anullo enim vite statu non turpissimum est servire libidini

Juvenis

Si iuvenis es etiam atque etiam considera ne florem eui nunquam reditura temere polluas Ne re fedissima perdas annos optimos veresque aureos qui et fugiunt pernicissime et ~~reverunt~~ nunquam Ne nunc per insciciam et incogitantiam etatis committas quod te in omnem usque vitam mordeat persequente scelerum conscientia Et amarissimis illis aculeis quos fugiens voluptas in animis vestris relinquit

Mulier

Si mulier istum sexum nichil magis decet quam pudor

Vir

Si vir tanto maioribus vebus dignus et istis tam frivolis indignior

Senex

Si senex optabis oculos alienos ut videas quam te dedecet voluptas que in adolescentibus miseranda quidem est et ~~horrenda~~ in vetulo vero pozte tosa et ipsis quoque voluptatum sectatoribus deridicula inter omnia monstra nullum monstruosius senili libidine

In Senem libidinosum

Deliro et minus